

num est & præcipuum *bonum* in his rebus omnibus;

30. ita & primò, maximè, & præcipuè *intentum ac decretum* intelligitur:

31. & eo ipso tamen etiam *cætera simul* omnia, quæ in hoc decreto, ordine & connexione certâ præsupposita & inclusa sunt.

32. Unde pro captu nostro, id quod est in causatione seu *effectione prius*, in *intentione posterius*;

33. & quod est in *effectione posterius*, id in *intentione prius* intelligi à nobis & cogitari solet.

34. Cæterùm, illud ex scripturis asserti & demonstrari non potest; quòd Deus *causas & media* pœnitentiæ & salutis apud omnes & singulos *æqualiter* ordinaverit:

35. Nisi quod æqualitas quædam intelligi potest *remotè* quodammodo in *primâ scaturigine*; quatenus in unis iisdemque parentibus, una eademque

que